Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

baptismum significans & martyrium. Et incircuitu sedis sedi
lia. xxiiii. & super thronos xxiiii seniores sedentes; Uiginti
decalogum duplicatum. quattuor uero significant quattuor
euangelia siue uiginti quattuor seniores duodecim patri
archas & duodecim significant apostolos; circumamictos ues
timentis albis. Id est opere castitatis; unde & salomon ait. om
ni tempore sint uestimenta tua candida. id. ē. caro tua ab om
ni pollutionis sordes munda & pudicitia castitatis ornata.
Et in capitibus earum corone aureae. Id. ē. in principale mū
tis dona sapientiae uel immortalitatis palme; Et de throno
procedunt fulgora & uoces & tonitrua: Id. ē. ecclesia multa
& magna miracula. id est predicatorum uoces cum promissionib;
& comminationibus. & septem lampades ardentes ante thronū
Thonus dī ecclesia quae sunt septē lampades ipse exposuit dicens
quis sunt septē spūs dī id est septem dona spūs sci. & in conspectu se
dis tamquam mare uitreum similis cristallo; Mare uitreum
significat baptismum. quod propuritate & claritate simile dicitur
cristallo. Et in medio sedis & in circuitu sedis quattuor animalia ple
na oculis ante & retro. Quattuor animalia significant euangelia.
quae oculis antesunt plena quia de futuro iudicio praedicant. re
trosunt plena. quia de uetere testamento testimonium donant.
siue ante. quia quae agenda sunt discere & considerant. retro quia
que plangenda sunt solerter recordant. Et animal primum simi
le leoni. & cetera; Secundum anagogēn aū xpī leo fuit in resurrec
tione. uitulus in passione. homo in carne. aquila in ascensione. secū
morale uero sensum leo quifortissimus scribitur bestiarū fortio
res significat in fide; Uitulus misericordes in ecclesia. homo humiles
quidicunt. humiliatus sum usque quaque uiuificame dne. Aqui
la excelsos quidicunt cum paulo nra aū conuersatio in caelis ē;
quae animalia senas alas habebant. quia per sex mundi aetates legē
ueteris ac noui testamenti adnuntiare noncessant. quae cum sit
noui ac ueteris testamenti lex una in sex uidetur ee diuisa. Id est
in legem naturae. legem litterae. legē prophetarum. legem euan
geliorum. legē aptorum. & legē ecclesiasticam; Et in circuitu &
intus plenasunt oculis. Oculos intus & foras habent; quia eccle
siam diuinarum scripturarum testimonius intus & foras inlu
minant; Et requiem non habent die ac nocte. Id est in prospe
ritate & in adu ersitate ut psalmista ait. Benedicam dnūm